



SECTIO. V.

AQUAE INFUSAE ET ACETA.

Aqua aluminosa.

℞ **M**ercurii sublimati corrosiui,
Aluminis rupei ana drachmas duas.
Trita coquantur in vase vitreo ex
aquae fontanae libris duabus,
ad medias. Subsidentia facta effundatur liquor
clarus.

Aqua calcis.

℞ Calcis vinae recens calcinatae libram vnam.
Paullatim affunde.

Aquae fontanae congios duos.

Absoluta ebullitione, vas valide agitetur; dein
quiete subsidat calx, et post biduum filtretur aqua,
quae seruetur in lagenis bene obturatis.

Fit quoque eodem modo e testis ostreorum cal-
cinatis.

Aqua

Aqua calcis composita.

℞ Scobis lign. et cort. Sassafras vncias duas.

Nucis moschatae tritae drachmas tres.

Glycyrrhizae rasae vnciam vnam.

Aquae calcis recentis libras quatuor.

Digere per biduum, in vase optime clauso, et cola.

Aqua phagedaenica.

℞ Aquae calcis recentis libram vnam.

Mercurii sublimati corrosiui semidrachmam.

F. solutio.

Aqua Sapphirina.

℞ Aquae calcis recentis libram vnam.

Salis ammoniaci drachmas duas.

F. solutio, quae maneat in vase aeneo donec caeruleum requirat colorem.

Aqua styptica.

℞ Aluminis rupei,

Vitrioli caerulei vncias tres.

Aquae fontanae libras duas.

Coque ad solutionem salium, et filtrato liquori adde

Olei vitrioli drachmas duas.

C 2

Aqua

Aqua vitriolica.

℞ Vitrioli albi drachmas duas.

Aquae fontanae libras duas.

Coque ad solutionem et filtra.

A C E T A.

Acetum destillatum, seu spiritus aceti

℞ Aceti optimi q. v.

E vase vitreo amplo et humili, lento calore B. A. exhaletur quarta circiter pars: quod reliquum est, igne gradatim aucto, destilletur per vesicam capitello vitreo instructam, quamdiu clarus prodit spiritus.

Acetum rosaceum.

℞ Rosarum rubrar. ficcatar. libram vnam.

Aceti optimi congiū vnum.

Insolentur in vase bene obturato dies quadraginta et fiat colatura.

Acetum scilliticum.

℞ Rad. scillae in taleolas sectarum libram vnam.

Aceti destillati libras sex.

Insolentur ut acetum rosaceum, et fiat colatura.

Acetum

Acetum theriacale.

℞ Theriacae Edinensis libram vnam.
Aceti optimi libras quatuor.

Digere calore lenissimo per triduum et cola.

Acetum lithargyrites.

℞ Litargiri vncias quatuor.
Aceti optimi libram vnam.

*Digere in arena per triduum, saepe agitando
et filtra.*

